



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

De Curia Entavv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

assignamus in latere nostro non alterando transmutet, & utensilia Capellaniæ nostræ conferuet, vel faciat Camerarium nostrum subiecto nundero conseruare, & distributio elemosinarum nostrarum iuxta discretionem prædicti Prælati fiat & ordinetur: sed qui nobilitas illam legem sibi præfixit, quod nihil credit præstitisse si sine adiectione conferat & fecerit donationem. Vnde nos liberaliter præfatæ Ecclesiæ donamus decimationem omnium reddituum nostrorum in *Strubing*, secundum quod continet Patris nostri instrumentum, super eadem donatione confectum. Et volumus vt vbicunque locorum in figura iudicij fuerimus ipse causam Ecclesiæ suæ prior prosequatur & proponat, & à nobis ante omnes expediatur, & quando contingeret ipsum curiam nostram intrare sibi & quatuor euectionibus honestè de expensis nostris prouideatur. Et vti ista rata permaneant & inconuulsa præsentem paginam munimine sigilli nostri roboramus. Testes Comes *Heinr. de Mospurch*, Comes *Otto de Grunepack*, *Chun. de Geren*, *Chunr. de Hobenuels*. *Sifridus de Fraunsperch*, *Chunr.* notarius noster de *Heidelberch*, & alij quam plures. Acta sunt hæc *Lantzbut*, Anno gratiæ M. CC. XXXI. IV. Kln. Nouembris.

De Curia *Entavv*.

**A**lbertus Comes de *Pogen*, vniuersis Christi fidelibus salutem. Vniuersitati vestræ constare volumus & patere, quod Ecclesia S. *Margaretæ* in *Ostehouen*, Marschalco nostro nomine *Gebhardo* Curiam suam in *Paskning* pro tempore cant. vitæ suæ custodiendam locauit, quatenus ipsi Ecclesiæ secundum euentum fructuum annuatim tanquam colonus Domino suo exindere respondeat, & quando jam dictæ Ecclesiæ placeat ipsum factum possit mutare, & Curiam ad se reuocare, non obstante contradictione eiusdem Marschalci, vel ejus hæredum. Præterea volumus vos scire quod jam sæpe dicta Ecclesia *Marquardo* dispensatori nostro Curiam suam *Entavv*, ad idem jus vel onus locauit. Et vt prædictis fratribus ejusdem Ecclesiæ jus ipsorum saluum permaneat & inconuulsum, & ne aliquomodo possit de præscripto facto in posterum dubitari, præsentem chartam munimine sigilli nostri roboramus. Testes *Alramus de Chamb*, *Rudolfus Ranto*. *Albertus de Erlbach*, *Vlricus de Leuvvolfing*, *Heinricus de Achaltingen*, *Engeschalcus de Saehsing*, *Eberhardus*, *Vlricus* & *Rudolfus* Sacerdotes prædictæ Ecclesiæ. Acta sunt hæc *Naternberch* Kln, Iulij, Anno Dn. M. CC. XXXIII.

De Muta in *Vilshouen* à Dominis de *Ortenburch*.

**H**ei gratia Comes de *Ortenburch*. Notum fieri cupimus tam futuris quam præsentibus, quod nos pro spe & incolumitate salutis nostræ fratribus sanctæ *Margaretæ* de *Ostehouen* indulgimus vt ab omni muta & theloneo tam in aquis quam in terra liberi sint apud *Vilshouen* ciuitatem nostram sub hac forma, vt quidquid de bonis & rebus ejusdem specialiter transeat, nihil ex his nobis aut iudici nostro vel theloneario vel cuiquam nostrorum penitus persoluantur. Præfens igitur scriptum roboratum sigilli nostri munimine ipsis conferimus, vt hoc factum nostrum nunquam possit aliqua delere obliuio aut processu temporis à quoquam valeat immutari. Testes *Weigandus de Kümtingen*, *Heinr. de Pomgarten* nobiles. *Ortvinus de Cholberch*, *Richgerus de Rotone*, *Otto de Sturpsach*, *Sygelochus*, *Chalobohus*, *Marquard* fratres *Sakkingij*, *Syboto de Zvwiglarn*, *Heinr. longus*, *Heinr. perditor*, & alij quam plures. Acta sunt hæc anno M. CC. XXXVI. Indictione IX. Datum *Vilshou*, XV. Kln. Maij.

Metrop. Salsb. Tom. III.

c

Fundatio